



# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

254. Christum passarum compehendere nemo potest ante tempus  
præfinitum.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



MEDITATIO CCLIV.

*Christum passurum comprehendere nemo potest ante tempus presinitum.*

I. Dicebant quidam ex Ierosolymis : Nonne hic est, quem quærunt interficere? Et ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid verè cognoverunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus, unde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit, unde sit, *Ioan. 7. Vers. 25. 26. 27.*

II. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim, scitis: & à meipso non veni: sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit, *Ioan. 7. v. 28. & 29.*

III. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cùm venerit, numquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? *Ioan. 7. Vers. 30. & 31.*

MEDITATIO CCLV.

*Christus evadit manus & precipitan-  
tium, & lapidantium.*